

nouiter hoc idem firmavit in 4. p. resolut. moral. tract. 1. de immunitate Ecclesiastica, resolut. 81. qui tantum sequatur Megalij opinionem, an sus est à communi tot patribus, & fundamentis comprobata recedere, motus quidem puerilibus, ne dicam, ridiculis fundamentis. Primum quia de iure diuini Fundici possunt liberè in quacumque mundi parte habitare, & exercere officia Ecclesiastica, iuxta Marcum capitul. 16. Euntes in mundum vniuersum predicare Euangelium omni creatura, &c. Sed quid ad rem? Prædicare Euangelium iussi sunt, non tamen scandalizare populum, quod est contra ipsum Euangelium, & ius diuinum, pro ut latissime probabimus infra capitul. 7. à principio. Fundatur etiam Dianameti ple in Concil. Tridentin. sess. 23. capitul. 16. de reformatione, quo disponitur, Clericos per litteras commendatitias suorum Ordinariorum liberè vndique posse incedere, & facta ministeria exercere, quod fatemur, non autem pacem publicam turbare, & scandalizare, cum nullus, siue Rex, siue Papa à Deo licentiam accipere peccandi, ut alibi latius diximus, capitul. 7. à n. 8. & sequentibus. Igitur ne pax publica turbetur, & seditioni aliquis occasioem præbere audeat, prouidè Senatus remedio prædicto vitare, de quo n. 67. & sequentibus.

69 Sapius enim publicus rerum status ꝑ ex priuato turbatur, priuataque iniustitia saltem causatiuè publicam perducit perniciem, Zeballos communem opinionem, quast. 906. num. 391. part. 4. Gamba in consil. 1. num. 15. cui damno obuam ire à principio necesse est, ablata causa & occasione immediata.

70 Tandem igitur pro Coronide huius discursus illud adnotandum erit; quòd quoties agnoscatur in Senatu, litteras Apostolicas graue damnium, aut scandalum Reipublicæ allaturas, aut aliter, Summum Ecclesiæ caput minus plene esse informatam de incontinentis, periculo, & damno populi, semel, ac iterum sibi potest replicari, vt integrè instruat, iuxta illud propheta, Psalmo 121. Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem. In quo Senatus multum deseruit ei, qui libenter desiderat damna tollere, & negotium in melius commutare, vt superius abundè fuit ostensum, à num. 46. cum sequentibus; iustam enim & legitimam replicationem, supplicationemque Papæ placere, quis dubitat? iuxta sententiam Regis Theodotici: Nam pro æquitate seruanda, & nobis patitur contradici, vt refert Cassiodorus lib. 3. Formul. 5. & Iustus Lipsius in proæmio Politicorum, inquit: Ut illud in principatu beatissimum est, non cogi; ita miserimum, non sine suaderi, comprobatur Seneca de beneficiis, lib. 6. cap. 10. quòd & Martialis peracutè confiderauit, lib. 8. Epigrammate. 24. ad Cæarem Domitianum:

Si quid forte petam timido gracillique libello  
Improba non fuerit si mea carta, dato.  
Et si non dederis Casur, permittite rogari:  
Offendunt nunquam turba, precæque locum.  
Qui fingit auro sacros, vel marmore vultus,  
Non facit ille Deos, qui rogat, ille facit.

71 Et consonat quòd Iocrates ꝑ dixit Regi: Hos fidos exissima, non qui quidquid dixeris, fecerit, seu laudant, sed qui errantem increpant, permittite prudentibus liberam loquendi facultatem, vt si quid extiterit, de quo ambigis; habes cum quibus rem expendere possis, & ne timeant ꝑ ob id suam gratiam, fauorem, & beneuolentiam amittere, vt refert Cat-

menat. in Rapfod. cap. 18 pag. 188. & Diuus Gregorius 2. part. Pastoral. cap. 4. relatus in cap. sicut Rector. 43. distinct. Sæpè Rectores improvidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui liberè reuera pertimescunt; maxima idè habenda est fidelitas illorum subditorum, & vassallorum, qui prauidentibus iussa sui Principis partitura esse executioni mandata contrarios effectus suæ intentionis, curant illos dinettere, & damna vitare, vt scribit Attalaricus Tullo Partitio, apud Cassiodorum lib. 8. variat. c. 9. Rarum confidentia genus est, interdum resistere contra vota Principis.

Quod & in nostris retinuis comprobatur Simancas de Catholicis institut. cap. de Papa num. 32. aliis 35. ibi: Est quippe laude dignum resistere huusmodi abusus, congruis venædictis, non obediendo in malis, non adulando, ꝑ non tacendo, sed arguendo etiam exemplo Pauli, cap. vltimo ad Colossens. & quod semel, & iterum in his causis retentionis litterarum Apostolicarum, de quarum executione damnum Reipublicæ timetur, sit licitum semel, & iterum, ꝑ sæpeque Papæ referbere, & supplicare, fundat Pereira de manu Regia, cap. 65. num. 3. vbi tacito Authore transcribit Zeballos loco superius laudato, à num. 12. & sequentibus. Idem etiam ex aliis probat Mastrillus de Magistratibus, lib. 5. cap. 6. à num. 220. & sequentibus.

Conducit rectè illud Diui Pauli ad Ephese. 5. Omnia autem, ꝑ quæ arguuntur à lumine manifestantur, omne enim quod manifestatur lumen est, &c. Magis autem redarguite, veritas quippe læpius examinata magis illucescit, cap. graue 36. quast. 9. cap. inter dilectos, de fide instrumentorum, Roland. consil. 6. num. 2. volumin. 1. & consil. 66. num. 1. volum. 2. & consil. 12. num. 1. volumin. 4. Craueta consil. 135. num. 18. Flamin. Patiens. de resignat. lib. 11. quast. 21. num. 3. Hieronym. Grach. consil. Syndicatus, num. 265. cum sequentibus, Bobadilla in Politicis. lib. 1. cap. 10. num. 1. Quia per dispositionem magis certitudo inuenitur, l. munerum, §. fin. ff. de munerib. honoribus, textus in cap. graue 35. quast. 9. ibi: Quia veritas sæpius exagitata magis splendescit in luce, & perniciè reuocata in iudicium grauius, & sine panemisia condemnatur.

Apostolica quippe Sedes, quæ feruenti zelo, & charitate paterna ꝑ cupit omnia corrigere, & in melius commutare semel à se disposita, quæ noxia esse deteguntur, à nemine alio potest ita plenius, & syncerè instrui de damno publico, quàm à Senatu indies vigilante pro Reipublicæ salute, & utilitate, quique dexteritate, & experimento cognoscit mores Regni, ignotos Papæ, vt sæpius diximus supra. Conducit illud Senec. Tragica 7. Si iudicis cognosce, si regnas inbe, conducibile enim est hominum mores nosci, quod, & alia plura similia scripsimus superius, maxime cap. 2. à num. 124. cum multis seqq.

Non aliter enim quàm à Senatus ꝑ informatione potest his in causis Pontifex desiderium suum implere, l. hac consiliosissima, C. qui restant, facere poss. ibi: Sed nec locum quidem relinquat insidiis tot oculis expectata, tot insinuat sensibus, tot insuper in tuo locata manibus, &c. l. si autem C. de ingenuis, & manusiss. ibi: Si cum prudentioribus tractatum habuisses, facile dignosceres, l. in honor. ibi: Aut consulendo prudentiores, l. 2.

l. 2. ff. quis ordo in honorum possess. seru. l. vtiq. §. culpa, de rei vindic. l. 11. tit. 22. part. 3. singularis textus ad propositum in cap. de quibus 20. distinct. ibi: Seniores prouincia congrega, & eos interroga. Facilius namque inuenitur, quòd à senioribus quæritur, ꝑ cap. porro 4. distinct. Job. 12. in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia, Proverb. 11. 14. ibi salus, vbi multa consilia, & Esther. 11. 13. Alucerus nimis laudatur, quia interrogauit sapientes, qui ex more Regio semper ei aderant, & illorum faciebat cuncta consilio, Proverb. 20. 18. & 24. 6. Cogitationes consilii roborantur, & gubernaculis tractanda sunt bella, quia cum dispositione initur bellum, & erit salus vbi multa consilia, cap. prudent. in fin. de officio delegat. ibi: Integrum est iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur, cap. Ecclesia, de electione.

Hac virtute appetendi consilium, & sequendi vii solebat Marcus Antonius magnus Imperator, & Philolophus, vt de eo scribit Iulius 79 Capitol. Semper ꝑ sanè cum optimis non solum bellicis rei, sed etiam ciuiles prorsusquam faceret, aliquid consuli, denique sententia illius precipua semper hec fuit; æquus est, vt ego tot, & talium amicorum consilium sequar; quam vt tot tales amici meam vniuersam voluntatem sequantur.

CAPVT IV.

Scandali causa imminens, seu etiam minati an legitima sit, vt litterarum Apostolicarum retentio licita, & permissa dicatur.

SVMMARIVM.

- Scandala abscondi Christus in Euangelio iubet, num. 1.
- Causas, ad supersedendum in executione litterarum Apostolicarum, quas iniustas esse, iura prudentis arbitri reliquerunt, num. 2.
- Scandali cause, vt eminentioris specialiter meministi ad litterarum suspensionem, num. 3.
- Cum scandalo nihil agendum, num. 4.
- Angelos suas mittere Deo, vt omnia tollant scandala à Regno num. 5.
- Pro scandali suspensione auferenda satagendum est, num. 6.
- Pro scandalo vitando Dei protectionem inuocatur Prophetarum, num. 7.
- Scandalum vbi imminet in executione litterarum Apostolicarum supersedendum est, num. 8.
- Retentio Bullarum ob scandalum iustificatur, num. 9.
- Cum scandalo etiam Pape non obediendum, vbi relictudo rationis dicitur potius expedire, non obtemperari, quàm, quòd scandalum nascatur, num. 10.
- Scandalum nouum quando oritur ex mandato Principis, obseruantia omittenda erit, num. 11.
- Scandalum, vel absurdum, aliudè inconueniens si oritur ex mandato Principis, officialis executione non obtemperans, num. 12.
- Scandalum si imminet, vel malum aliquod

contra bonum publicum littere Apostolica non exequenda ob maius vitandum damnum, num. 13.

Executio rescripti non facienda, vbi timetur de vniuersali futuro scandalo, num. 14.

Adducitur exemplare de processu fulminato contra Carolum Regem Sicilia, ob scandalum suspensio, ibidem.

Censura in litteris fulminata contra non obtemperantes non ligant, non obtemperantem ratione scandali vitandi; num. 15.

Propter scandalum suspendi potest mandati executio quantumuis poenalis, num. 16.

Scandali periculum vbi vertitur, Principi non obtemperantur, num. 17. Nec Pape, ibid.

Nouitas à lege introducta scandalis, & seditionibus occasio præbet, ibid.

Censura litterarum suspenditur, suspensa earum executione ob scandalum, num. 18. Vbi adducitur exemplare quoddam, ibid.

Papa etiam rescribenti cum clausula (non obstante scandalo) non obtemperatur si imminet, num. 19.

Scandalum est contra finem præcepti diuini, n. 20.

Scandalum subditorum præuenire debent Prælati, num. 21.

Superior caret potestate precipiendi aliquid exequi cum scandalo, quia conuenit cum præcepto diuino, num. 22.

Potestas data à Deo Principi non fuit in destructionem, sed in edificationem, num. 23.

Potestas Principis iustitia coarctatur, & ultra non potest, quàm honeste potest, non quando lædit pietatem, aut bonos mores, num. 24.

Triginta, & tres casus, quibus ob scandalum receditur à iuris dispositione refert Felinus, n. 25.

Scandalum maximum oritur in Regno, si alienigenæ admitterentur ad beneficia, aut ob derogationem Regi patronatus, num. 26.

Scandala, & seditiones magna fuerunt in Hispania orite, anno 64. ob admissionem alienigenarum ad beneficia, num. 27.

Ob scandala, & turbationes oras in Hispania, concessit Paulus III. quòd nullus alienigena potiretur pensionibus & beneficiis in ea, n. 28.

Ex Reipublice turbatione scandalum nascitur, num. 29.

Ob scandalum imminens compellitur quis cedere, beneficio obtento, num. 30.

Ob scandalum debet quis renuntiare electioni de se factæ, num. 31.

Ob scandalum potest Episcopus compelli renuntiare Episcopatu, num. 32.

Ob scandalum quis priuatur, num. 33.

Ob scandalum transferitur quis de vna Ecclesia ad alteram, num. 34.

Scandali tanta est vis, vt eius ratione multa fieri permittantur, quæ alias non permitterentur, n. 35.

Ob scandalum vitandum legitime retinentur in Senatu litteræ in derogationem Regi patronatus, laicorum, & iuris strangerij, num. 36.

Ob scandalum vitandum litteræ in derogationem Concilij Tridentini retinentur in Senatu, n. 37.

Ob scandalum vitandum licita est lex Regni disponens, ne alienigenæ in Regno obtineant beneficia, num. 38.

Propter scandalum vitandum, & quietem Reipublica potest etiam Clericis à Regno, aut Ciuitate expelli per aconicam Regis potestatem, num. 39.

Breue Pij V. de iterum examinandis Religiosis Confessoribus ob ingens scandalum inde oritur reformavit Gregorius XIII. ad supplicationem Philippi Secundi, num. 40.

Ex nouitate magna oriri assolent scandala inter Religiones, & Clerum omnino vitanda, n. 41. & segg.

Declaratio S. Congregationis refertur, qua ad euitanda scandala inter Ordinarios, & Religiones oriuntur propter nouum Confessorum examen nouiter decreuit, num. 41.

Doctores qui videntur circa nouum examen Religiosorum Confessorum, num. 43.

Ob suspensionem generalem licentiarum Religiosis ad confitendum datam factam in Archiepiscopo Teletano per D. Villegas, maxima oritur scanda, qua Rex, vt protector status Ecclesiastici sedanda curauit, num. 44.

Cum Episcopus Cordubensis idem obtinisset per Breue ob scandali causam decreuit Senatus, ne fiat nouitas, num. 45.

Si ex precepto iniusto Papa presumitur statum Ecclesie turbari, & oriri scandalum, non obtemperatur sine peccato, num. 46.

Scandalum ubi timetur potest Rex pro illo sedando inter Ecclesiasticos, & Religiosis procedere, & componere non iurisdictione, sed aconomica potestate, num. 47.

Vbi ob scandalum turbatur Regis status tranquillus, Rex inter Ecclesiasticos extraiudicialiter cognoscit, num. 48.

Ob longam Romae distantiam Hispani difficillime possunt adire Pontificem, ac ideo conuulsi inter Ecclesiasticos Senatus modestè compescit, num. 49.

Per legatos ad Romam missos, scandala, qua patitur Ecclesia, Rex uetat, num. 50.

Principi ante oculos habere debet ne scandala committantur, num. 51.

De pace omnino procuranda in Republica, num. 52. remissive.

Ob scandala vitanda, & pacem habendam multi sunt casus speciales, in quibus receditur à iure, num. 53. remissive.

Scandalum nascitur ex inobseruantia legum, & priuilegiarum, & contrario uero pax, num. 54.

Non omnia, que possunt fieri sunt faciendia, ubi adest inconueniens, num. 55.

Retentio Bullarum locum habet, etiam mero iure validarum, si ex earum executione scandalum, damnumve notabile timeatur, num. 56.

Senatus examen, quo legitimam retentionis causam reperit, ubilibet ualis debet iudicari, n. 57.

Principi afferenti timorem scandali, aut alicuius damni omnino standum erit, num. 58.

Pontifex multum desert examini Senatus ad Bullarum retentionem, eiusque informationi super damnis oriendis ex litterarum executione, num. 59.

**H**AIIVS Omnipotens Dominus per Matthæum cap. 23. † exclamando, inquit, *Pa mundo à scandalis*, &c. Si autem manus tua, uel pes tuus scandalizat te absconde eum, & projice abs te, & iterum, ibi: *Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te.*

Quam iusta igitur & legitima sit scandali imminenti, † seu imminenti causa, ad retinendas litteras Apostolicas in Senatu ad effectum

supplicandi, & referendi ad Summum Pontificem melius institutum, & informandum; in hoc potissimum cognoscitur, quod licet in omnibus Pontificalibus Decretis supra citatis in cap. antecedenti, à principio, super sedendum patienter permittentibus in executione respectorum iusta existente causa, nullibi specificatur, quæ iusta dicatur, sed iudicio discretionis, & arbitrio executoris iusto omnino relinquitur, vt eorum lectura manifestè monstrat.

At cum causa scandali eminentior sit, eiusdem † specialiter meminit Pontifex in cap. cum teneamur. 6. de de presbendis, ibi: *Aut si non poteris ei sine scandalo providere, equanimitè suffinemus, si pro ea mandatum nostrum non duxeris exequendum, &c.* Quia nihil † cum scandalo fieri animaduertit Pontifex, in cap. nihil 2. de prescriptionibus, ibi: *Nihil cum scandalo, nihil cum forali strepitu uobiscum nos uelle de causis pauperum definire, uobis scripsisse meminimus, &c.*

Et in Sancto Mattheo cap. 13. littera F. legitimus: *Et mitte filium † hominis Angelos suos, & colligent de Regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem. Quem locum S. Gregorius super Matth. cap. 13. homil. 12. sic declarat: Sed sciendum nobis est, quod sèp in sacro eloquio Regnum celorum presentis temporis Ecclesia dicitur, de quo alio in loco Dominus dicit, Mitte filium hominis Angelos suos, & colligent de Regno eius omnia scandala. Nec enim in illo Regno beatitudinis, in quo pax summa est, inueniri scandala poterunt, qua colligantur, &c.*

Satagendum quippe est † pro auferendo suspicionis scandalo, vt inquit text. in cap. satagendam 10. in ordin. 25. quest. 1. Sicque Propheeta Rex Dei protectionem inuocat pro euitando † scandalo, P'sal. 140. *Custodi me (inquit) à laqueo, quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem.*

Quare ubi imminet scandalum in executione gratiæ, & † litterarum Apostolicarum, exequenda non esse, sed super sedendum in ea, & referendum ex dict. cap. cum teneamur; plurimi Doctores probant, & fundamentis exornant Innocent. in cap. nisi cum pridem. de renuntiati. Abb. in cap. questum, de rerum permutat. & in dict. cap. cum teneamur, Felinus in cap. si quando, colu. 2. de rescriptis, ubi Decius num. 3. n. 5. & num. 14. idem Felin. in cap. consanguinei, n. 7. de re iudicat. optimè Cardinal. Zabarel. in dict. cap. si quando, num. 30. in fin. vers. Circa hæc, Felin. in cap. que in Ecclesiis, num. 64. de consuet. post Innoc. & Abbat. in locis ab eo citatis, Siluester Aldobran. in additionibus ad Decium in dict. cap. si quando, num. 14. litter. G. Felin. in cap. nihil de prescriptionibus, late Rebuffus in 1. tom. tit. de litteris obligatoris, art. 6. gloss. 2. num. 9. & 10. plura congerit Loazes de matrimonio Regum Angliæ, dub. 3. num. 2. cum pluribus sequentibus; Mexia in apparatu ad legem Toleti. de taxa. panis. fundament. 12. part. 1. 2. a num. 33. cum sequentibus, qui num. 47. Hanc doctrinam applicat † retentioni Bullarum factæ per Senatum, Oldrad. consil. 161. num. 2. vers. Sed si qualibet unio; ubi dicit: Rescripta Pontificis aliquibus scandalis subsequetur non exequenda, latissimè Alphonsus Azeued. in l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopil. à num. 29. cum segg.

Latissimè & mirabiliter per Couar. in repetit. cap. peccatum 1. part. à num. 7. & in vers. Hinc sanè

10 *Sanè sit, vt cum † scandalo minimè sit obediendum superiori, & etiam Papa, quoties restitudo rationis distat, potius expedire, quòd non obtemperetur, quam quòd scandalum oriatur.* Et in principio dicit, quòd propter uitandum scandalum omitti iuste potest obedientia, aliàs debita superiori, Selua de beneficiis, 3. part. quest. 8. num. 1.

Pelacz à Mieres in tractatu de maiorat. 4. part. 11. quest. 1. limit. 1. num. 106. † ubi ex Cardinali, Imola, & aliis in cap. si quando, de rescriptis, & Romano in l. si uero, §. de iure Valentia 7. de festo matrimon. Socin. Iunior. in l. heredes mei, §. cum ita. ff. ad Trebellian. num. 36. fol. 223. dicit, quòd quando ex obseruantia mandati Principis sequitur nouum scandalum, non tenetur quis obedire.

Palatius Rubens in cap. per uestras, fol. 66. 12. in magnis, col. 3. conclusi. §. 18. num. 16. & latissimè in tractat. de beneficiis vacantibus in Curia, §. 7. per totum, ubi eleganter multa congerit, & per totum tractatum, & in §. 11. col. 3. ad finem, & col. 4. ad princip. Cenedus in collectanea ad Decretales, collect. 3. qui num. 2. ex plurimis Doctoribus ab eo citatis dicit. Quòd excusatur officialis non obtemperans primo superioris mandato, quando ex eo sequitur absurditas, vel scandalum, aut aliud inconueniens, optimè Iacobus de Grassi. in suis decisionibus casuum conscientia, part. 2. lib. 3. cap. 25. num. 8.

Obiter cum Azeuedo, tantum dicit Barbof. in collectan. ad cap. cum teneamur, num. 2. de presbendis.

13 Ipse Barbof. melius † in addition. collect. ad cap. si quando, de rescriptis, ubi in colu. 1. post princip. & col. 2. in princip. dicit, quòd quando imminet scandalum, vel malum aliquod contra bonum publicum, ita vt maius damnum timeatur ex litterarum Apostolicarum executione, quam sit bonum ex eis prætenlum, super sedendum esse.

Latissimè etiam Doctor Anguianus in tract. de legib. & consuet. lib. 1. controuers. §. num. 3. num. 5. num. 18. num. 21. num. 30. & in aliis plurimis eiusdem controuersia.

Antonius Faber in suo Codice, lib. 7. tit. de appellat. tanquam ab abusu, desin. 8. pag. 471. & desinet. 23. p. 475.

Prosper. Fatiniacus in prax. criminal. part. 3. tom. 1. tit. de panis temperand. quest. 97. casu 2. 14 num. 36. dicit, quòd † quando in executione rescripti timetur de uinualit futuro scandalo, non erit faciendia.

Vbi & sub num. 33. adducit doctrinam Cardinal. Zabarell. in cap. si quando, num. 30. in fin. vers. Quæro circa hæc, restantis se alias consultuisse, differendam esse Urbani VI. iussionem factam Episcopo Florentino, vt certos publicare processus contra Carolum Regem Hierusalem, & Siciliæ, eidemque Urbano rescribendum, & expectandum secundam iussionem, non obstantibus grauissimis pœnis contentis in prima iussione, & hoc propter scandalum magnum, de quo in prædictis Regnis, & Prouinciis dubitabatur, aut timebatur, si talis fieret publicatio.

Farinacius, & Zeballos laudans, idem refert Antonius Amato uariarum resolution. lib. 2. cap. 72. num. 29. ubi prosequitur hunc articulum, super sedendum esse in executione litterarum

Apostolicarum, quando in ea periculum imminet scandali, & in Senatu eidem negandum esse (exequatur) quo Rex in Sicilia ueritur, ut adnotauimus multis citatis Doctoribus superius in cap. 2. à num. 37. & num. 41. cum segg.

Eiusdem Zabarellæ casum ad litteram adducit Palatius Rubens, §. 11. & §. 7. ante finem. Vbi proximè citatus, † aduertens, esse notandum, cum ex hoc euitentur plurima inconuenientia, quæ acciderent litteris indistinctè, & indifcretè parendo, ex qua doctrina deducit ipse Palatius Rubens vnam conclusionem, quam dicit notabilem ad propositum, in quo uerificatur retentionis. Quòd si Papa aliquod præcipit fieri sub pœna excommunicationis late sententiæ, ipso facto incurrendæ contra non obediens, vel obtemperans, si ex mandati executione timeatur scandalum, vel alia mala futura, vel aliter dubitatur de mente Principis; licet sine metu excommunicationis mandata tunc differre potest, dum Papa rescribit, & secundam iussionem expectat.

Et post Felinum in cap. nihil, † vers. 30. de 16 prescriptionibus, Ioannes à Cochier. de iuris in exempt. tomo 2. in Scholiis ad Constit. Concil. Lateranens. part. 1. §. 3. folio 31. num. 20. dicit, quòd propter scandalum potest suspendi executio mandati Apostol. quantumvis pœnalis, & n. 41. Quòd Principi non est obediendum, † quoties 17 uertitur periculum scandali, ex Dno Thoma 2. 1. quest. 8. artic. 1. Vincent. Carofius de remedis, except. 6. num. 28. uidentur Tiraquellus de panis temperandis, causa 46. nec Papæ obediendum esse, quoties uertitur periculum scandali, Fimiant. Barbara de præstantia Cardinali, p. 1. num. 37. Hieronymus Gratus consil. num. 39. column. 2. Cochier. ubi proximè, num. 16. & comprobatur autoritate Dni Augustini de Cimitate Dei, lib. 3. cap. 24. ubi loquens de nouitate inducta per legem Agrariam, inquit: *Quòd fuit initium ciuilium seditionum, & bellorum in Republica. Uolebant enim (inquit) Grachi legibus Agrariis agros populo diuidere, quos nobilitas perperam possidebat; sed eis tam uetustam iniquitatem audere conuellere pernitiosissimum: inò uerò, ut ipsa res docuit, pernitiosissimum fuit, nec enim legibus, & ordine potestatum, sed turbis, armis, & consiliis nobilibus, ignobilisque uerbantur.*

Comprobat hanc conclusionem † Palatius 18 Rubens ex alio exemplari adducto per Petrum de Ancarranus in consil. 241. incipienti, per prædicta; consulentem non esse obtemperandum cuidam mandato Papæ, per quod mandabat euidam moniali, vt ad primum rediret monasterium (à quo legitimè, & cum eius autoritate fuerat regressa) sub grauissimis pœnis, & censuris, & consuluit, quòd non obtemperando, excommunicationem nullatenus incurrit, quia clausula, *Si preces ueritate nitantur*, etiam tacitè subintellecta iuxta, capitul. de rescriptis; suspendit effectum excommunicationis.

Quòd ampliatur, etiam si Papa uel Princeps rescribere † cum clausula (non obstante scandalo) quoniam adhuc executio suspendenda erit, 19 Felin. in cap. si quando, de rescriptis, in vers. Super sedere, n. 1. & 3. Grassi in decisionibus uereis, casuum conscientia, part. 2. lib. 3. cap. 25. num. 8. Anguianus de leg. lib. 1. controuers. §. num. 66. Abbas in cap. questum de rerum permut. & in eam

reneamur, de prebendis, Azuevedus in l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopilacion, sub num. 29. optimè Couartu. in prelection. cap. peccatum 1. part. num. 7. post. medium, Prosper. Farin. in prax. crim. 3. part. tit. de panis temperan. 9. 97. casu 2. num. 36. & per Nauart. in cap. Sacerdos, num. 150. & num. 131. & Abb. in dict. cap. cum reneamur, de prebendis, tener Cochier. de iurisdiction. ordin. in exemplis, tomo 2. in Scholiis ad Constitucion. Concilij Lateranen. part. 1. §. 3. num. 44. fol. 33. Vbi dicunt, etiam Papam non posse super scandalo dispensare, nec tunc illi obediendum.

20 Et ratio est, quia superior non potest ita hoc præcipere, cum sit contra charitatem, que finis est præcepti diuini, 1. ad Timotheum cap. 1. & præcipue cauere debent Prælati & subditorum scandalum, cap. cauendum 10. quest. 3. Vnde superior potestatem non habet præcipiendi aliquid exequi existente scandalo, cum concurrat cum præcepto diuino, & cui nihil detrahi potest, sicut sentit Bald. in l. rescripta, C. de precibus Imperator. offeren. column. 2. & Decius in cap. si quando, de rescriptis, col. 2. Archidiacon. in cap. si peccauerit, col. 3. 2. quest. 1. quem sequitur Palatius Rubens in repetition. cap. per vestras, fol. 66. in magnis, col. 3. conclus. 1. §. 18. num. 16. optimè Couar. & Azueved. vbi proximè citati, Anguian. dist. controuers. §. num. 5. dicens, quòd Princeps potestatem non habeat præcipiendi aliquid, ex quo scandalum, aut aliud graue malum sit sequendum, quia potestas, quam dedit illis Deus non fuit in destructionem, sed ædificationem, teste Dino Paulo II. ad Corin. 10. & vltim. & facit cap. 14. dist. ibi: Peccandi licentiam suscipere, ex qua impotentia in superiore inferri consequentiam ad inferiorem subditum, vt eodem modo nequeat obedire, sed resistere, quia potestas Principis iustitia coarctatur, & vltra non potest, & quam honeste possit, & quando facta Principis lædunt pietatem, exstimationem, verecundiam, & generaliter contra bonos mores, facere non posse, credendum est; magnam Doctorem cateruam, multasque speciales doctrinas videndas per Giurham conf. 1. à num. 17. cum sequentibus; quibus quidem mirabiliter exornatis verba textus in d. cap. si quando, de rescriptis, ibi: Cum non possis iuste, &c.

21 rat cum præcepto diuino, & cui nihil detrahi potest, sicut sentit Bald. in l. rescripta, C. de precibus Imperator. offeren. column. 2. & Decius in cap. si quando, de rescriptis, col. 2. Archidiacon. in cap. si peccauerit, col. 3. 2. quest. 1. quem sequitur Palatius Rubens in repetition. cap. per vestras, fol. 66. in magnis, col. 3. conclus. 1. §. 18. num. 16. optimè Couar. & Azueved. vbi proximè citati, Anguian. dist. controuers. §. num. 5. dicens, quòd Princeps potestatem non habeat præcipiendi aliquid, ex quo scandalum, aut aliud graue malum sit sequendum, quia potestas, quam dedit illis Deus non fuit in destructionem, sed ædificationem, teste Dino Paulo II. ad Corin. 10. & vltim. & facit cap. 14. dist. ibi: Peccandi licentiam suscipere, ex qua impotentia in superiore inferri consequentiam ad inferiorem subditum, vt eodem modo nequeat obedire, sed resistere, quia potestas Principis iustitia coarctatur, & vltra non potest, & quam honeste possit, & quando facta Principis lædunt pietatem, exstimationem, verecundiam, & generaliter contra bonos mores, facere non posse, credendum est; magnam Doctorem cateruam, multasque speciales doctrinas videndas per Giurham conf. 1. à num. 17. cum sequentibus; quibus quidem mirabiliter exornatis verba textus in d. cap. si quando, de rescriptis, ibi: Cum non possis iuste, &c.

22 Felinus in cap. nihil, de prescriptionibus, refert triginta & tres casus, & quibus ob scandalum receditur à iuris communis dispositione. Ex quibus inferitur ad nostrum propositum, quòd cum maximum & timentur scandalum in his Regnis Hispaniarum inter Regnicolas, & originarios, si ipsis expulsis alienigenæ admittentur ad beneficia Ecclesiastica in derogationem iuris, & priuilegiorum huius Regni, vt expressè considerat Rex noster, in l. 25. tit. 3. lib. 1. Recopilacion. ad medium, ibi: Porque qualquiera cosa que se proponyese por su Santidad, y sus Ministros, en derogacion de las cosas susodichas, o qualquiera dellas, y traxera muy grandes y notables inconuenientes, y dello podian nacer escandalos, y cosas que fuesen en destruicio de Dios nuestro Señor, y nuestro daño, y desto Reinos, y naturales dellos, &c. Et in l. 14. eodem tit. & lib. idem dicitur ibi: Esta muy cierto y conocido, que quando las dignidades, y beneficios de nuestros Reinos se dan a los estrangeros, resultan dello muchos inconuenientes que se siguen, &c. Et ibidem infe-

23 riuus post medium, ibi: T como quera que antes de agora veíamos, y sentíamos estra injuria, y daños, & que nos, y nuestros naturales recibiam, y especialmente del año de sesenta y quatro a esta parte, que se començaron los mouimientos, y turbaciones en nuestros Reinos, &c. Et refert copiosè Doctorem Illelacas in sua historia Pontificati, capitulo de la guerra final del Rey de Francia, & para cobrar el Ducado de Milan, §. 10. fol. 225. vbi refert has commotiones hac de causa euenisse, quòd contra ius Regni prouiderentur exteris officia, & beneficia, & lib. 6. eiusdem historie, cap. 27. §. 17. de Paulo III. Pontifice 228. fol. 338. refert, tunc fuisse per ipsum Paulum III. concessum, quòd beneficia, pensiones, & alia Ecclesiastica exteris non dentur, hoc idem refert Azueved. in d. l. 14. num. 31. Salzedus in practica crimin. Canon. cap. 54. num. 18.

24 Quibus quidem turbatur Respublica, & inter omnes oritur scandalum, & iuxta illud Sancti Hilarij in Commentar. in Mathæum, cap. 25. dum ait: Atque his quidem vexationibus multi turbantur, & in tantis insurgentibus malis scandalizantur, & vsque in mutuum odium excitantur, &c.

25 Nihil enim est, quòd pacem & tranquillitatem Reipublicæ, & subditorum magis turbet, quàm scandala, quæ idè euigilans Principis munus omnibus modis, & remedijs adhibitis abscondere, & delere conatur, vt & ipse etiam pace & tranquillitate fruatur; hanc status rationem Nos docet Pontifex in c. 1. de offic. legati, lib. 6. in hæc verba: Officij nostri debitum remedijs inuigilat subditorum, quia diu eorum excutimus onera, dum scandala remouemus, Nos in eorum quiete quiescimus, & fouemur in pace; ex quo text. etiam, & illud colligitur, quòd pax, & tranquillitas Principis, in pace & tranquillitate subditorum consistit, & quòd vna ab alia reciprocè dependet. Videnda alia iura allegata supra cap. 3. à num. 45. & seqq. quòd tendit illud Dauidis Propheta Psal. 45. Conturbata sunt gentes, & inclinata sunt Regna.

26 Hinc prouenit celebris doctrina Innocent. in cap. nisi cum pridem, de renuntiat. Vbi dicit, quòd propter scandalum & imminens, non solum gratia non est exequenda, verùm etiam potest quis compelli cedere beneficio suo iam obtento, in quo ius habet radicatum, pro quo facit cap. cum decorem, de Clerico coning. in fin. quod commendat Barbatia in tractatu de præfatione Cardinal. num. 57. & declarat Rochus de Curte de iure patronat. verb. Honorificum, num. 3. column. 3. plures alios allegat Mexia de taxat. panis in apparatu. 21. fundament. part. 12. n. 53. cum sequentibus, & n. 47. videndus etiam nouissimè Viuianus de iure patronat. lib. 7. cap. 8. n. 14. & à num. 9. Azueved. in l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopilat. n. 29. in principio, & post Abbatem, Felin. & Decium, idem probat Couartu. in regula peccatum, part. num. 7. ad medium, vbi, quòd propter scandalum debet quis renuntiare electioni & de se factæ (apud quem, num. 4. latè videbis, quando scandalum est passiuum, aut dartinum, seu actiuum provt est in suprascriptis casibus) Azueved. in dict. l. 14. num. 51.

27 Et etiam Episcopatum propter scandalum potest quis & compelli ad dimittendum, & renuntiantium, Federic. de Senis in tractat. de permutation. benefic. num. 4. Hostiens. in cap. nisi cum pridem.

28 Et ratio est, quia superior non potest ita hoc præcipere, cum sit contra charitatem, que finis est præcepti diuini, 1. ad Timotheum cap. 1. & præcipue cauere debent Prælati & subditorum scandalum, cap. cauendum 10. quest. 3. Vnde superior potestatem non habet præcipiendi aliquid exequi existente scandalo, cum concurrat cum præcepto diuino, & cui nihil detrahi potest, sicut sentit Bald. in l. rescripta, C. de precibus Imperator. offeren. column. 2. & Decius in cap. si quando, de rescriptis, col. 2. Archidiacon. in cap. si peccauerit, col. 3. 2. quest. 1. quem sequitur Palatius Rubens in repetition. cap. per vestras, fol. 66. in magnis, col. 3. conclus. 1. §. 18. num. 16. optimè Couar. & Azueved. vbi proximè citati, Anguian. dist. controuers. §. num. 5. dicens, quòd Princeps potestatem non habeat præcipiendi aliquid, ex quo scandalum, aut aliud graue malum sit sequendum, quia potestas, quam dedit illis Deus non fuit in destructionem, sed ædificationem, teste Dino Paulo II. ad Corin. 10. & vltim. & facit cap. 14. dist. ibi: Peccandi licentiam suscipere, ex qua impotentia in superiore inferri consequentiam ad inferiorem subditum, vt eodem modo nequeat obedire, sed resistere, quia potestas Principis iustitia coarctatur, & vltra non potest, & quam honeste possit, & quando facta Principis lædunt pietatem, exstimationem, verecundiam, & generaliter contra bonos mores, facere non posse, credendum est; magnam Doctorem cateruam, multasque speciales doctrinas videndas per Giurham conf. 1. à num. 17. cum sequentibus; quibus quidem mirabiliter exornatis verba textus in d. cap. si quando, de rescriptis, ibi: Cum non possis iuste, &c.

29 Felinus in cap. nihil, de prescriptionibus, refert triginta & tres casus, & quibus ob scandalum receditur à iuris communis dispositione. Ex quibus inferitur ad nostrum propositum, quòd cum maximum & timentur scandalum in his Regnis Hispaniarum inter Regnicolas, & originarios, si ipsis expulsis alienigenæ admittentur ad beneficia Ecclesiastica in derogationem iuris, & priuilegiorum huius Regni, vt expressè considerat Rex noster, in l. 25. tit. 3. lib. 1. Recopilacion. ad medium, ibi: Porque qualquiera cosa que se proponyese por su Santidad, y sus Ministros, en derogacion de las cosas susodichas, o qualquiera dellas, y traxera muy grandes y notables inconuenientes, y dello podian nacer escandalos, y cosas que fuesen en destruicio de Dios nuestro Señor, y nuestro daño, y desto Reinos, y naturales dellos, &c. Et in l. 14. eodem tit. & lib. idem dicitur ibi: Esta muy cierto y conocido, que quando las dignidades, y beneficios de nuestros Reinos se dan a los estrangeros, resultan dello muchos inconuenientes que se siguen, &c. Et ibidem infe-

30 riuus post medium, ibi: T como quera que antes de agora veíamos, y sentíamos estra injuria, y daños, & que nos, y nuestros naturales recibiam, y especialmente del año de sesenta y quatro a esta parte, que se començaron los mouimientos, y turbaciones en nuestros Reinos, &c. Et refert copiosè Doctorem Illelacas in sua historia Pontificati, capitulo de la guerra final del Rey de Francia, & para cobrar el Ducado de Milan, §. 10. fol. 225. vbi refert has commotiones hac de causa euenisse, quòd contra ius Regni prouiderentur exteris officia, & beneficia, & lib. 6. eiusdem historie, cap. 27. §. 17. de Paulo III. Pontifice 228. fol. 338. refert, tunc fuisse per ipsum Paulum III. concessum, quòd beneficia, pensiones, & alia Ecclesiastica exteris non dentur, hoc idem refert Azueved. in d. l. 14. num. 31. Salzedus in practica crimin. Canon. cap. 54. num. 18.

31 Quibus quidem turbatur Respublica, & inter omnes oritur scandalum, & iuxta illud Sancti Hilarij in Commentar. in Mathæum, cap. 25. dum ait: Atque his quidem vexationibus multi turbantur, & in tantis insurgentibus malis scandalizantur, & vsque in mutuum odium excitantur, &c.

32 Nihil enim est, quòd pacem & tranquillitatem Reipublicæ, & subditorum magis turbet, quàm scandala, quæ idè euigilans Principis munus omnibus modis, & remedijs adhibitis abscondere, & delere conatur, vt & ipse etiam pace & tranquillitate fruatur; hanc status rationem Nos docet Pontifex in c. 1. de offic. legati, lib. 6. in hæc verba: Officij nostri debitum remedijs inuigilat subditorum, quia diu eorum excutimus onera, dum scandala remouemus, Nos in eorum quiete quiescimus, & fouemur in pace; ex quo text. etiam, & illud colligitur, quòd pax, & tranquillitas Principis, in pace & tranquillitate subditorum consistit, & quòd vna ab alia reciprocè dependet. Videnda alia iura allegata supra cap. 3. à num. 45. & seqq. quòd tendit illud Dauidis Propheta Psal. 45. Conturbata sunt gentes, & inclinata sunt Regna.

33 Hinc prouenit celebris doctrina Innocent. in cap. nisi cum pridem, de renuntiat. Vbi dicit, quòd propter scandalum & imminens, non solum gratia non est exequenda, verùm etiam potest quis compelli cedere beneficio suo iam obtento, in quo ius habet radicatum, pro quo facit cap. cum decorem, de Clerico coning. in fin. quod commendat Barbatia in tractatu de præfatione Cardinal. num. 57. & declarat Rochus de Curte de iure patronat. verb. Honorificum, num. 3. column. 3. plures alios allegat Mexia de taxat. panis in apparatu. 21. fundament. part. 12. n. 53. cum sequentibus, & n. 47. videndus etiam nouissimè Viuianus de iure patronat. lib. 7. cap. 8. n. 14. & à num. 9. Azueved. in l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopilat. n. 29. in principio, & post Abbatem, Felin. & Decium, idem probat Couartu. in regula peccatum, part. num. 7. ad medium, vbi, quòd propter scandalum debet quis renuntiare electioni & de se factæ (apud quem, num. 4. latè videbis, quando scandalum est passiuum, aut dartinum, seu actiuum provt est in suprascriptis casibus) Azueved. in dict. l. 14. num. 51.

34 pridem, num. 63. de renuntiat. Cardinal. Iacob. de Confil. lib. 9. art. 3. n. 24. & n. 37. Mant. in Dialogo de Confil. n. 55. & est communis opinio in praxi quoque recepta, vt affirmat Flaminius Patifius, de resignat. beneficiorum lib. 3. §. 18. n. 22. namque & ratione scandali quis priuatur Gambar. in extraxatione. Iulij II. de simoniaca Papa electione, n. 156. Stephanus Aufserius in Clement. v. Clericorum, n. 12. de offic. Ordinar.

35 Et ratione scandali quis transferretur de vna Ecclesia & ad aliam, Archidiacon. in cap. suggestum 7. quest. 1. Abbas in cap. de election. Rodoanus de rebus Ecclesie non alienand. rub. 18. num. 54. Flamin. Paris. vbi proximè n. 24. communem dicens.

36 Tanta enim est vis scandali, & vt multa fiant ratione scandali, que aliàs non permetterentur, Philippus Probus de iure Regalium, quest. 23. num. 3. Cepolla de simulat. contract. num. 247. Cardinal. Parisius confil. 68. num. 132. volumin. 4. Flamin. Paris. dist. lib. 3. §. 18. n. 25. qui post alios num. 26. & sequentibus, idem affirmat in Papatu. Camillus Borellus in tractatu de præstantia Regis Cathol. cap. 52. num. 3. & 4. & num. 5. Loquendo de prærogatiua Regis Hispaniarum in retinendo Bullas Apostolicas in derogationem sui Iuris Regij patronatus vel laicorum, vel Iuris strangerij licitè fieri ob euitandum scandalum hinc suboriandum, ex hac etiam ratione scandali obuiandi esse legitimam, & iure permissam hanc, de qua agimus, Bullarum Apostolicarum retentionem, latissimè probat Palatius Rubens de beneficijs vacantibus in Curia, §. 7. & §. 11. per totum; imò etiam per totum tractatum, & Mexia abunde in lege Toletii de taxa. panis, fundamentum 11. part. 12. à num. 33. vsque ad 47. Salzed. in pract. criminal. Canon. cap. 54. num. 10. Couartu. pract. cap. 36. in principio. Ex qua ratione & fundamento fere Doctores omnes, qui de hac Bullarum retentionis vsu, & praxi tractant, quos in vnum congregamus supra c. 2. à principio, illam iustam, & licitam profitentur.

37 Et loquendo in retentione & litterarum Apostolicarum contra dispositionem Concilij Tridentini obtenturum ob euitandum scandalum inde sperandum licitè facienda probat Pater Henricus lib. 2. de Pontificis clau. cap. 23. §. 3. videndus, cum sit in detrimentum, & præiudicium boni communis, & publicæ vtilitatis, vt videre licet.

38 Hinc est, quòd ad euitandum scandala, que futura esse timentur, & ex quibus damnum oritur, licita est lex Regni, vel statutum dispositio, ne alienigeni obtineant beneficia Ecclesiastica in Regno, vel Prouincia, Angelus confil. 23. Capitulus decif. 132. num. 6. & 7. Azueved. in l. 14. tit. 25. tit. 3. lib. 1. Recopilacion. sub num. 46. optimè Anton. Thesau. decif. 131. num. 3. & 7. Petrus Anton. Petta. in tract. de potestate Princip. cap. 6. num. 9. Codex Fabian. lib. 3. tit. 1. de iudicijs, definitio. 39. Quintilian. Mandos. in tractatu de monitor. quest. 13. num. 3. Hieronym. Portoles, & ab eo citati in addition. ad Molin. aff. alienigeno. num. 1. cum sequentibus, Iacob. Cancr. variarum resolut. lib. 3. cap. 14. de manum. à num. 61. cum sequentibus. Vbi mirabiliter de hac ratione scandali, & alij per Nos citati supra cap. 2. hac 1. part. versicul. Angelus in conf. à num. 12. quibus adde Flaminium Patifium de resigna-

tion. lib. 4. quest. 7. num. 3. Ojeda de beneficio incompatibil. 1. par. cap. fin. num. 116. Azorius in institut. moralib. part. 2. lib. 6. cap. 4. quest. 25. versicul. Deinde cum alienigenæ, ex quo ita inferri, ibi: Hinc est quòd statuta & legibus Principum, & regum exteri, & alienigenæ penitus excludantur à beneficijs in Regno, Prouincia, vel Vrbe institutis, que leges iure Canonico permittuntur, nec improbantur, &c.

39 Confert etiam, quoniam propter scandalum vitandum, & quietem Reipublicæ potest etiam Clericus expelli à Regno, aut ciuitate per Regem æconomica potestate, vt in exemplis adductis ex alijs Doctores vt Iacobum de Grassis in tractat. de effectibus Cleric. effectus 1. num. 10. & 11. & ex iis, quos latius citauimus supra cap. 3. hac 1. in §. unico à num. 67. vsque ad fin. atque infra 1. part. cap. 1. à num. 32. & seqq. vbi plurimi citantur.

40 Hinc est etiam quòd cum & publicaretur Pij 40 Quinti Breue, vt Episcopus successerit in dignitate potuisset ad suæ conscientie securitatem iterum examinari Religiosos, ex licentia prædecessoris sui administrantes penitentia Sacramentum; orta est maxima dissensio inter omnes, quare ob bonum publicum, & euitanda scandala in damnum Reipublicæ Ecclesiasticæ, & temporalis, Philippus Secundus Hispaniarum Rex supplicauit ab eodem Breui, & instantè petiit humilliter à Sede Apostolica eius reuocationem ob hoc scandalum futurum, quò quidem propterea illud reformauit Gregorius XIII. Anno 1572. qua reformatio stat in Bullario tom. 1. pag. 1208. & sequentibus. Et ex hac nouitate, quàm & magna scandala timeri debeant, & oriiri soleant inter Religiosos, & Clerum, in terminis videnda sunt, & legenda, in Clementin. dudum de sepulchris, per totam maxime in vers. Ab olim.

41 Et referendo has eadem Bullas scilicet Pij 40 & Gregorij XIII. latè & optimè hunc articulum examinari nouissimè Ioann. Maria Nouarius in pract. conclusio. noui iuris Pontific. tit. de confessione. Sacramen. absque loci ordinat. approbat. non audiend. conclusio 2. aliàs respectu operis, conclusio. 69. per totam, & num. 4. adducit sequentem declarationem Cardinal. quam cum & conducatur rectè rei, de qua agimus illam non omittam in hæc.

42 Cum Sacra Congregationi Cardinalium negotijs Episcoporum, & Regularium præpositorum innotuerit Confessarios Regulares grauior conuerti, quòd ab Archiepiscopis, Episcopis locorumque Ordinarijs ab audiendis Confessionibus quauis de causa discriminat, Suspendantur: & præpterea supè coningere, vt ab eisdem Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinarijs omnibus simul vnus Conuentus Confessarijs Confessiones audiendi facultas adimatur, illustrissimi eiusdem Sacra Congregationis Patres rati vix fieri posse, vt hac sine scandalo, magnæque animarum pernicie contingant, re mature perpensa ad omnem scandalum materiam subuocandam, & quo magis spiritualis piarum mentium consolationi consulatur; Statuunt, ac decernunt Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Ordinarijs locorum, ad quos Confessarios approbandi ius spectat; Confessarios Regulares, aliàs ab ipsis liberè approbatos ab audiendis Confessionibus posthac suspendere

dere minimè licere, nisi ex noua causa, eaque ad confessionem ipsius pertinente, aut ob non seruatum interdictum ab ipsi Ordinariis positum, statuant insuper eisdem Archiepiscopis, & locorum ordinarios confessiones audiendi facultatem omnibus simul vniuersi Conuentus Regularibus Confessoribus eadem sacra Congregatione inconsulta nullo pacto adimere posse, quod quidem Decretum, ut illi Illustrissim. Patres opportunum, & necessarium dixerunt, ita inuoluntate iubent obseruari Roma 20. Nouembris 1615. A. Mar. Episcop. Hostiensis Cardinalis Gallus V. Theatin. Secret.

43 Quae declaratio omnimodam in hoc casu tollit difficultatem ne scandala turbantur, & circa hanc controuersiam videndi insuper sunt Riccius in prax. tom. 4. resolution. 70. num. 5. Zanard. in Director. Theolog. 1. part. de penitent. Sacrament. 24. §. 4. Fagund. precept. 2. lib. 7. cap. 2. num. 30. Miranda in Manual. Pralat. tom. 1. §. 45. art. 7. Ioann. Hieronym. Campanil. diuersor. Iuris Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 70. Villalobos in summa. tom. 2. tract. 9. dist. 53. num. 5. Dian. in resolution. moral. tractat. 2. de dubiis regular. resolut. 17. & resolut. 22.

44 Et cum Doctore Villegas (vir non satis laudandus) huius turbantis Archiepiscopatus Toletani Gubernator Generalis pro Serenissimo Infante Cardinali, voluisset suspendere licentias Religiosorum ad confitendum obtentas, & praedicandum sine sua, Rex Catholicus noster Philippus Quartus, tanquam Protector status Ecclesiastici (pro ut latissime probauimus, cap. 1. hac 1. part. per totum) authoritatem Regiam interposuit, ad euitanda scandala maxima, & commotiones inde ortas in Ecclesia Dei, ac ita decreuit Nouitas ne fieret.

45 His etiam temporibus nostris Episcopus Cordubensis ad id ipsum obtinuit Breue à Sede Apostolica, & ex eadem ratione scandali vitandi, turbantis & ob quietem Reipublicae Ecclesiasticae, & temporalis ac spiritualis, idem ordinatum & Decretum fuit à Regio supremo Senatu, ad quod conducunt omnes doctrinae haecenus relatæ à principio huius Capituli; & facit insuper, quam adductæ Palatii Rubens in tractatu de beneficiis vacantibus in Curia, §. 11. col. 3. ad fin. & colu. 4. ex doctrina Innocentij in cap. Inquisitioni, de sentent. excommunication. in fine, dicentis: Quod si ex præcepto turbato Papæ vehementer praesumitur status Ecclesiae turbari, vel scandala ventura esse, non esse parendum, imò foret peccatum, obtemperare; & videndus est Cened. in collectan. 1. part. collectan. 5. num. 3. vbi plerimas allegat huius Decreti comprobationes. Ad quæ videnda sunt, quæ longa sericè diximus hac 1. part. cap. 1. per totum, quæ omnino probant, quæ hic dicuntur.

47 Supradicta omnia roborantur turbantis ex eo, quod vbi timetur scandalum exoritur, & seditiones, procedere potest Rex pro illis sedandis, etiam inter Ecclesiasticas personas, & Religiosos, & componere non iurisdictione, sed œconomica potestate, & authoritate, ne pax publica turbetur, & bonum publicum detrimentum patiatur, probant Archidiacon. in cap. 1. de restitutione spoliatorum, Augustin. Beroti. consil. 56. n. 13. volumin. 3. Guido Papæ decisio. 1. & ibi, Ranch. in addition. & decis. 552. & consil. 78. Anton. Thefaur. decis. 82. decisio. 131. num. 10. & vtrouique addition. Gutierrez practicarum quest. c. 34.

num. 18. & 22. lib. 1. Gaspar Rodriguez de annis redditibus, lib. 2. quest. 22. num. 60. & Codex Fabianus lib. 3. tit. 1. de iudicij, definitio. 38. Et quod Princeps licet possit authoritatem suam Regiam interponere, vbi timetur scandalum inter Religiosos, & Ecclesiasticas personas non per viam iudicij, sed extraordinariae cognitionis, notant insuper Zephales conf. 19. Albanus consil. 75. num. 5. Bosius in tractatu causar. crimin. titulo de Principe, num. 211. Oliuanus vstat. aliam namque, cap. 14. num. 144. Petra de potestate Princip. cap. 6. num. 85. Cauedus de patronatu Regio, cap. 36. num. 3. Anton. Thefaur. dist. decis. 131. n. 8. & ex aliis Iacobus Chaner, variarum regul. lib. 3. c. 14. de manutent. à n. 7. cum seqq.

48 Camillus Borrellus de praesentia Regis Catholicæ, capitul. 71. à num. 58. Dum loquutus fuerat de Rege Catholico, & eius Tribunalibus cognoscendis de violentiis factis inter personas Ecclesiasticas, num. 59. ita ait: Et hoc ambiguum est, si faceret per viam cognitionis ordinariae, & propria iurisdictionis, sed potius per modum defensionis cuiusdam extrajudicialis, ne inter personas Ecclesiasticas in Regno scandala, & rixa oriantur, & perturbetur status Regni tranquillitas praesertim subditorum laicorum, maxime quia in hoc Regno Neapolitano, quod vicinissimum est Summo Pontifici, & Vrbi Romanae, qui statim adiri possit, cuius contrarium militat in Hispania, et propter longinquitatem, & Romanæ Curiae distantiam, Rex, siueque magistratus malest Clericales, turbantis inter ipsos vententes committant, etiam aduertit Villalobos, &c.

49 Quibus consonat bonus textus in cap. qui à Sancta Romana Ecclesia, turbantis cui auctore Deo praesertim à pluribus patitur violentiam, &c. Ab Imperatore directi intersunt Nunij, qui scandala fieri vetent, &c. Ne vel Ecclesia scandalizetur, & Imperialia honorificentia minuatur, & cap. 28. in ordine. 63. distinctione.

Et quod ad scandalum vitandum possit Princeps Regiam manu interponere ex l. adquisitam 17. de usufructu, vbi notant omnes communiter scribentes, & in l. 1. C. de prohibita sequestrat. pecun. Petrus Gregorius 3. part. sintagma. lib. 23. cap. 3. num. 23. Franciscus de Ponte conf. 21. num. 1. volum. 1. Mand. lus de Alba consil. 78. lib. 1. num. 2. ibi: Cum & passim iura dicant, debere Principem, & Iudicem turbantis habere ante oculos viam iudicalem, praesertim ne scandala committantur, &c.

Et de pace omnino curanda ob sedandos tumultus, rixas & concitationes ex quibus quies turbatur Reipublicae, non sine magno omnium scandalo: multa in iure specialia introducta sunt, quæ aliter non permitterentur, ex textu in l. cum pater. 77. §. dulcissimis 20. de legatis 1. l. qui decem 16. in fin. ad l. Cornel. de Sicariis, l. adquisitam 14. ff. de usufructu. l. cum oportet, §. non autem hyperboica, versic. Sin autem res; C. de bonis que lib. cap. cum teneantur, de praebendis, c. 2. vbi bona glossa, de desponsa, impuber. Hostiens. tit. de foro competent. versic. Ex praesentibus, col. 4. Aufretrius de potestat. Eccles. super laicos, n. 16. tradit plura Mieres de maioratu 4. part. quest. 22. à num. 8. & 20. cum sequentibus, Cenedus in collectan. 70. ad decretales, num. 1. Lancelotus Conradus de Templo Iudicium, part. 6. de pace, conclus. 102. num. 2. fol. 53. & libro 1. de Imperatore, §. 4. assertio. 16. fol. 81. num. 1. latè Petrus Gregorius

gorius in tractatu de Republica, lib. 11. cap. 13. & cap. 14. Gregor. Lopez in l. 58. glossa, Estor, tit. 6. part. 1. Quædam in suis diuersis quest. cap. 29. n. 1. in fin. apud quos multa videre poteris, & facit cap. final. de transactionibus. Necnon alia 53 plura iura, & doctrinas videre poteris per Guillelmum Benedictum in cap. Rainunium, verbo, Et uxorum nomine, decis. 2. à num. 114. & in verbo, Mortuo itaque testatore, 1. à num. 227. cum multis sequentibus, vbi abundè congerit multos casus, quibus à iure receditur ob pacem habendam, seditiones, & scandala vitanda, cum in pace vertatur utilitas publica, latissime etiam per Martam de iurisdictione. 1. part. cap. 41. per totum, & post plurimos Doctores, Tiberius Decianus in practicum crimin. tomo 1. cap. 10. n. 3. & copiosè per Franciscum de Borullinis in tractatu de duobus fratribus, num. 20. tomo 6. 1. part. diuersorum, plura congerit Pater Thomas Sanchez de matrimonio, lib. 8. dist. 19. à num. 8. cum sequentibus, Matruilis de Magistratibus, lib. 3. cap. 4. à num. 98. & à num. 275. cum seqq.

54 Ex obseruantia quippe legum, & privilegiorum Regni turbantis pax conseruatur, aliter atque condictum est scandalum, iuxta illud Propheta: Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum, &c.

55 Insuper notandum erit pro complemento, quod non omnia, quæ turbantis fieri faciendæ sunt, sed euitanda, quando habent inconueniens, l. Iulius 15. ff. de condition. institut. l. in causa 16. §. idem Pomponius, ff. de minoribus, l. 1. in princip. ff. de aqua quodiana & aeterna, l. non omne ff. de regul. iuris, Pinellus in l. 2. C. de rescindend. venditione, part. 1. cap. 1. num. 35. latissime plura congerens Petrus Gregorius in tractatu de Republica, lib. 9. capitul. 1. per totum, & dixit Mecenas Augullo Cæsari apud Dionem, lib. 5. Id tibi Consilium do, ne quando abutaris potentia tua, neque eam putes esse diminutionem potentia tuae, si non omnia simul facias, quæ possis, sed quanto magis omnia, quæ statuere poteris persicere, tanto magis curas, ut optima tibi quæque proponas, Gregorius Acaius lib. 3. de privilegij, cap. 5. num. 46. Vt et redè Claudianus ad Theodolum in Panegy. in 4. Consula. honor. ait:

Nec tibi quod licet, sed quod fecisse licebit Occurrit, menèque domet respectus honesti. Et inde Seneca Treas, act. 2.

Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor. Quod reddit illud Theodorici Gothici Regis, relati per Cassiodorum lib. 4. Epistolarum, cap. 9. Nostra prouidentia est, ut non solum iusta fiant, sed fieri videant omnes, scientique, & ab omnibus probata emularix posteritas suscipiat, &c.

56 Quod quidem latius examinandum turbantis infra hæc 1. part. cap. 8. à num. 12. & sequentibus, versic. Et ad hanc nostram verissimam, &c. vbi tractatur, quod Bullatum retentio hæc locum habet, etiam quando ipsæ de iure validæ sunt, & non subreptitiæ, at tamen ob scandalum, ali-quodve aliud notabile damnum, & inconueniens, inde ortum, vel futurum probabiliter timeatur (vt in hoc cap. & sequentibus) suspendi debet earum demum executio.

Pro quo & pro Coronide huius capituli 57 vnum vtile erit notandum turbantis (quod & cæteris etiam causis, quas legitimis dicimus in hoc tractatu ad huiusmodi retentionem conueniat,)

nam postquam Senatus Regius iuxta quæ latius diximus infra cap. sequent. versic. Quare ad harum causarum, &c. à num. 63.) exactam (vt alio) examinationem alicuius causæ ad retentionem faciendam proposita, iustam esse arbitrat, talem congruit decetque, vbi libet apparere & iudicari, quoniam Principi assentiendi de timore scandali, turbantis vel alicuius damni omnino standum 58 est; optimè Iacobus Mandelus, consil. 75. num. 6. latè Alexander consil. 216. nec arguendi sumus, col. 9. volum. 2. & in consil. 21. consideratis, in principio, vol. 2. & in l. 1. column. 18. versic. Sed iuxta hoc queritur, de officio eius, Decius consil. 125. in causa spoliationis, num. 4. Rolandus à Valle consil. 1. num. 68. volumin. 2. Curtius Senior. consil. 20. num. 10. & 11. Cephalus consil. 173. num. 26. Tallon. consil. 227. in nouo fundamento, volum. 2. Tiraquillus de vtrouque retractu, part. 1. §. 1. glossa 14. num. 49. optimè Iacobus Mascardus in tractat. de probation. conclus. 1233. à num. 20. vbi num. 21. & 22. reddit rationem. Et quod de timore scandali sit superiori credendum, probat cum Srat. consil. 10. num. 10. p. 1. Ioann. à Coehier, in tract. de iurisdictione, in exemptis, tomo 2. in Scholæ ad Consil. Concil. Lateran. p. 1. §. 3. n. 35. fol. 32.

59 Qui doctrinæ optimè conducunt ea, quæ latius turbantis diximus supra hac 1. part. cap. 3. §. unico, versic. Sed licet hæc ita se habeant, &c. à num. 45. & sequentibus. Quod Pontifex Maximus in his causis retentionis, multum defert informationi sibi factæ per Senatum Regium supremum super inconuenientis, & damnis oriundis ex executione litterarum aliquot Apostolicarum, cum ipse Senatus ea accuratè examinauerit. Ex eisdemque mouetur ad earum litterarum retentionem, interim quod per supplicationem emissam, vel emittendam ad Sanctissimum, ipse instructus, & cæteris informatus de veritate precum, periculose & scandalo minantibus de salubri Reipublicæ prouideat remedio.

CAPVT V.

Præiudicium Regis, vel Regni, atque ideo damnum publicæ utilitatis an sit litterarum Apostolicarum retentionis legitima causa.

SVM MARI VM.

Regni, & Regis damnum ad inuicem compatiantur, cum vnium faciant indiuisibile corpus, num. 1. Rex est cor, & anima Reipublica, num. 2. Rex est caput, & anima Reipublica, & ipsa eius corpus, num. 3. & sequentibus. Custodi Regem à malis nihil predest, si & Regnum non custodiant, ibid. Mandus homo grandis dicitur, & homo symbolum est Reipublica, num. 4. Inter hominem, & Reipublicam magna, & propria similitudo reperitur, quoad singula vtriusque membra, ibid. Membra non debent à capite discedere, numer. 5. Regnum